



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Didaci Covarrvvas A Leyva Toletani Episcopi Segobiensis  
... Opera Omnia**

**Covarrubias y Leyva, Diego de  
Antverpiae, 1610**

De venatione, & captorem restitutione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96556](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96556)

ent, quod si dolo facta fuerit, eius opinio apud me dubia est. Nec his de legibus civilibus in tracta. prohibentium liberam testandi voluntatem statutis, quidquam agitur, cum illa prater illam damni restitutionem poenales sint.

§. OCTAVVS.

De venatione, & captorum restitutione.

S Y M M A R I A.

- 1 Venatio in possit per principem, aut iudicem inferiorem in locis publicis prohiberi.
- 2 Venatores acquirunt animalia, qua nullius propria sunt, etiamsi venatio fuerit iusta ex causa prohibita.
- 3 Clericus qui venatur contra Canonis prohibitionem, acquirat animalia, qua venatus fuerit.
- 4 Capta per venationem à iudice prohibitam, non sunt in animæ iudicio restituenda.
- 5 Venator ingrediens frondum, domino prohibente, non acquirat sibi feras, quas accipit. Et num. 9.
- 6 Instinctus Regie legis 10. tit. 28. par. 3.
- 7 Simonia qualiter impediatur acquisitionem beneficij ecclesiastici, quod simoniaci collatum sit.
- 8 Collatio beneficij facta simoniaci ignoranti, an tenet ipso iure.
- 9 Quis de eo, qui à Romano Pontifice habuit beneficium per simoniam cum ipsomet Papa consentiam.
- 10 Instinctus lib. quinquagesimo ff. de diner. Et temp. prescripte.
- 11 Prohibentes venationem, Et venatores, tenentur restituere damnum illatum alienis agris.
- 12 Pastura, Et venationis interesse etiam dari potest.
- 13 Fera ab uno percussis, Et ab alio capta, cuius efficiatur.
- 14 Venator tenetur restituere in omnia iudicio animalia per venationem capta, qua propria erant alterius.
- 15 Interpretatio l. 3. item feras ff. de acquir. poss.

tin. Lauden. & Cardin. Alexand. cæterique Doctores, idemque tenuerunt Rebuff. Stephan. Bertrand. Chassan. Thom. Grammat. Guliel. Benedict. num. 869. Andreas Tiraquellus, ac fere omnes paulo antecitati, & Boer. in consuetud. Buricens. tit. de consuetud. pradiorum. §. 5. qui fatentur, ex causa iusta venationem prohiberi posse, quibus ad stipulatur gloss. in cap. qui venatoribus. 66. distinct. & ibi Cardin. à Turre Crem. Caietan. in tractat. 17. questionum. cap. 12. Ioan. à Medina de restitutione. quest. 12. & Dominic. Sot. lib. 4. de iustit. & iur. quest. 6. artic. 4. vnde plures Regiæ constitutiones ex variis causis prohibentes in locis publicis venationem, iure & rectitudine iustitiæ defenduntur. Nam & Ioan. Faber in §. flumina. Instit. de rerum diuis. licet contendat, Principibus inferioribus non competere ius prohibendi venationem, id tamen proprium esse Principis supremi, manifeste fatetur. Nec dubio, hæc posterior sententiam itidem frequentiori Dôctorum calculo receptam esse, atque inde colligitur, non admodum inter se Doctores hac in re dissidere. Illud verò prætermittendum non est, eam rationem, qua contra prohibitionem venationis nostrates vtuntur, incongruam, ac fragilem esse, minimeque aptam huic disputationi. Nam licet iure naturæ omnia sint re ipsa communia, possunt tamen à Republica, & Principibus, qui eorum, quæ in nullius bonis sunt, dispensationem habent, quædam priuatis ita concedi, vt in posterum ea priuata, non communia sint. §. singulorum. Instit. de rerum diuis. l. 1. ff. de acquir. rerum domin. etiam absque corporali occupatione, quod Caietan. concedit in d. cap. 12. Ad hæc facit, quod sicut occupatio rerum, quæ nullius sunt priuatis, iure naturali efficit illud, quod prius commune erat proprii ipsius occupantis, l. 1. ff. de acquir. possess. cuius modò mentionem fecimus, ita ipsa Respublica, eiusve rector poterit, quæ communia prius erant, nulliusque in bonis habebantur, in priuatum iure dominij transferre. Iure siquidem naturali omnia fuere ab initio communia, & tamen humana lege facta est rerum distinctio inter priuatos, postquam distinctionem non licet cuiquam occupare dictam rem, & alicui priuata lege humana additam: sicuti eleganter tradit Conrad. in lib. de contrasib. q. 10. Et seq.

His accedit, quod humana lex vel Princeps facere potest vt dominium rei priuatae, quæ dominum habet, absque traditione transferat in alterum ipsius domini consensu, qui exigitur ad tollendam iniuriam, l. vltim. C. de sacrosanct. eccles. l. raptore. C. de episcop. & cleric. notatur in l. traditionibus. C. de patris. ergo earum rerum, quæ nullius sunt, & Principis dispensationi subiacent, poterit Princeps dominium absque apprehensione corporali in priuatum transferre. Hinc etiam, constat, Principem posse harum rerum, quæ cõmunes sunt ex causa occupationem priuatis interdicare, & sic venationem ipsam prohibere. Ad rationem autem responderet, feras, volucres, & cætera animalia iure naturæ non esse communia positiuè, & affirmatiuè, quia omnium propria sint communis domini causa: Sed negatiuè, quia nullius sint, & iure naturæ nulli sint applicata, secundum Thomam 1. 2. q. 94. art. 5. & Caiet. d. e. 12. idcirco lex humana potest ea vni potius, quam alteri ex causa concedere. Ex quibus infertur, venationem iure naturali omnibus permissam, ex variis causis posse per Principes prohiberi, quemadmodum auctores proxime citati fatentur, & præter eos Syluest. in verb. venatio. Hæc denique collectio, seu argumentatio parum valida est: Hoc est iure naturali permissum: ergo per legem humanam prohiberi non potest. cum multa sint iure naturali licita, quæ inspecta Reipublicæ utilitate, & iuxta æquissimum communitatis regimen per legem humanam prohiberi possunt. Quod si ita argumentemur: Hoc est iure naturæ prohibitum, ergo lege humana per mitti non potest, valida omnino est, & firmissima probatio.

Igitur Princeps habens potestatem legis condendæ, venationem prohibere ex variis causis poterit, secundum omnes. Inferior autem à Principe iurisdictionem habens, idem agere poterit ad tempus aliquod, & ex causa iustissima, non quidem per legem, quam statuere non valet, sed per edictum. Perpetuo vero non potest Princeps, qui superiorem habet, prohibere venationem, nisi ius id per immemorabilem præscriptionem legitime acquirierit, quod sentiunt Ioannes Andr. Anton. & alij, quorum memini sum superius, atque ex Theologis Caietan. in summa, in verb. venatio. quæ quidem præscriptio cautè est recipienda; & seruanda in iudicio exteriori, item & in conscientie foro:



præsertim si ea initium à tyrannide habuerit. His equidem prænotatis ad quæstionis propositæ definitionem, quas constituto conclusiones, ex quibus poterit facillime hæc controversia dissolui.

Prima conclusio: Prohibita est venatione ob venatoris vel temporis rationem, aut propter aliam causam publicam, vel priuatam, non tamen ex eo, quod animalia propria sint alicuius, acquisitum ex ea non est in conscientia iudicio restituendum. Hæc assertio constat, quia leges prohibentes venationem in his casibus, non prohibent nec vetant acquisitionem ipsam ferarum, sed vsum venationis, causa honestatis, vel simili: idcirco nulla oritur à venatione prohibita, obligatio restituendi. Sicuti & acquisitum ex meretricio non est necessario in animæ iudicio restituendum, licet iure diuino & naturali vsum meretricius damnatus sit, & prohibitus. Deinde manifesta est conclusionis ratio. Nam si qua obligatio restituendi acquisitum per venationem prohibita contingere in hac specie potest, ea deducenda est à commutativa iustitia, quæ per venationem infringatur, at hæc minimè infringitur, cum nullum damnum detur alteri, siquidem captæ feræ nullius sint, nec ex venatione auferatur alicui, quod eius sit proprium, vel ei debitum. Igitur nulla est obligatio ad restitutionem.

Primum ex hac conclusione deducitur interpretatio eorum constitutionum, quæ clericis venationem interdicit. Nam quamuis suapte natura venatio honesta sit, vtiles tamen clericis ea est interdicta, c. *quorundam*. 74. *distinct. c. qui venatoribus*. 86. *distinct. clement. 1. §. poro. de stat. monach. l. 47. tit. 6. part. 1. cap. 1. & per totum titulum de cleric. vena. vbi Doct. Innoc. & Abb. in cap. dandum. in secund. de electio. Felin. in cap. auditis. colum. pensuli. de prescript. Quidquid verò captum fuerit à clericis, etiam illicitè venantibus, proprium capientium sit, nec in iudicio animæ restituendum erit. Idem adnotandum erit, quoad laicos, quibus etiam est interdicta venatio tempore festo, ne impediatur, & retrahantur studio venandi ab officiis diuinis, gloss. & Dd. in c. Esau. & in d. c. qui venatoribus. 86. *dist. Etenim* in eo tempore quis venationem exerceat, male quidem agit, sed non tenetur ad restitutionem eorum, quæ per venationem habuerit.*

Secundo hinc apparet variarum Regiarum constitutionum intellectus. sunt enim plures leges huius regni, quæ venationem certis ex causis prohibent adhuc in locis publicis, & communibus, lege namque Regia 40. *tit. vii. lib. 8. ord.* prohibetur venatio leporum tempore niuium, tunc etiam non licet perdecies aucupari, l. 165. apud Madritium condita anno 1528. vtrumque veteri lege interdictum erat Tauri ab Henrico III. anno 1402. à qua deducta fuit d. l. 40. sic & Regia constitutio inter pragmaticas sanctiones vetitum est, ne quis feras venetur cum retibus, aliisue instrumentis aptis ad ferarum depopulationem, vel hominum periculum, quod potuit adnotari ex d. §. *nemo retia. & l. qui foueas. ff. ad leg. Aquil. Platea in l. vnica. C. de venat. ferar. vbi Rebuff. quem sequuntur alij, præsertim Stephan. Bertrand. in d. *consil. 255. lib. 1. & Chassan. in consuetud. Burgund. rubr. 13. §. 7. nu. 3.* scribit, posse per Principes interdici venationem, quæ fit cum instrumento Tongæ, quia eo plures extinguuntur & capiuntur feræ, atque inde sequitur animalium syluestrium & ferarum innumera extinctio, quæ Reipublica incommoda est. lex item 28. Pincie statuta anno 1537. prohibet, ne quis cum sclopeto venetur, cum propter tonitrua arcubusiorum fugentur & terreantur aues, & feræ, omnibus etenim his casibus si quis aduersus legis prohibitionem venetur, licet puniri per iudicem valeat, non tamen tenetur ad restitutionem animi, & ferarum, quas aucupio, vel venatione acquisierit, aut ceperit, quod & in specie adnotauit Ioan. à Medina, d. q. 12.*

Tertio ex hoc falsum esse opinor, quod Io. Faber, & Claudii. Cantium. in d. §. *fera. Chassan. in d. §. 7. & Iacob. in tract. de feudis. §. & cum venationibus.* scripsere, asseuerantes captam per venationem à iudice prohibitam, non effici ipsorum capientium. Etenim in hunc sensum, vt per iudicem possint ea tolli à capientibus in pœnam criminis, plane procedit: at ex hoc non sequitur, venatores ipsos eas feras & animalia per venationem, propria non fecisse, atque ideo in animæ iudicio non tenentur hi ad restitutionem, tam etsi grauitè peccauerint contemnendo iudicis præceptum.

Quarto ab eadem conclusione fit, vt licet grauis iniuria fiat domino fundi priuati, si venator quis eum ingreditur ipso domino prohibente, l. *iniuriarum. §. vlt. ff. de iniur. l. Diuus. ff.*

*de ferar. iustic. præd. §. fera. vers. plane. Instit. de rerum diuis. non tamē ex hoc tenetur ad restitutionem animi, aut ferarum, venator ipse, qui domino venante fundum alienum ingressus fuerit, secundum Ang. & Paul. Castr. in d. l. diuus. gl. in l. 3. ff. de acquirit. rer. domin. Bartol. in l. 1. §. omnia. ff. eodem tit. Dyn. in d. l. 3. Platea in d. l. vnica. Felin. in cap. omnes leges. 1. *distinct. col. vlt. quorum opinio cōmunis est, vt fatentur Ang. & Cantium. in d. §. fera. & Iacobin. in d. §. & cum venationibus.* horum est potissima ratio, quia etsi lege humana ob iniuriam Domini vetitum sit, ne quis eius agrum eo inuito ingreditur, non tamē ex hoc acquiritur ferarum, quæ intra eum agrum in nullius bonis sunt, est impedita, nec per hanc prohibitionem feræ ipsius agri domino applicantur, nec eius propriæ efficiuntur, adhuc libere manent iure naturali, vt primo occupantis essent. Probatur hoc euidentius, nam si in hac specie feræ ipsius agri priuati, essent propriæ domini fundi, vel id contingeret per applicationem legis, vel per occupationem nullius horum hic datur, igitur adhuc ea animalia communia manent, nec in vllius bonis sunt, iuxta propriam iuris naturalis dispositionem. Lex equidè humana prohibens, ne quis inuito domino agrum alienum ingreditur ad venationem exercendam, non impedit animalium, quæ nullius sunt, primo occupantis acquisitionem, nec ea animalia applicat domino fundi, donec & ipse dominus ea occupauerit iure naturali. ideoque venator ad restitutionem non tenetur contra quidem animalium, quæ à domino fundi non fuerit præoccupata. Hinc sententia in foro conscientie subscribit Ioan. à Medina d. *quest. 12. & ita iure respondendum erit, tamen gl. in d. §. fera. & Alber. in d. l. diuus. teneant, quoad iudiciale forum in hoc casu feras captas non effici capientis, sed ipsius domini priuati fundi, quæ opinionem probat textus in l. singularis in l. 16. tit. 28. part. 3. cui tamen respondet Ioan. à Medina, et constitutionem pœnalem esse, atque ideo in animæ iudicio minimè seruandam fore, nec obligare, donec per iudicem exteriorem quis cogatur ad restitutionem lata sententia. idè asseuerat dubius tamen Dominus. Sot. in d. q. 6. artic. 4. Ego tamen non puto hanc responsonem congruam, aut sufficientem fore, si admittamus, per legem Regiam impeditam esse in hoc casu ferarum acquisitionem, siquidem manifestum est, posse legem humanam ex causa impedire rem, quæ in nullis bonis sunt, acquisitionem, easque res alteri applicare, vel communia ipsi cōmunitati dimittere, ac tunc res illas contra legem occupans, nequaquam sibi æquirat, vnde necessarium ad restitutionem obligatur. Alioquin sequeretur, quod posset quis iuste retinere ea, quæ scit ad ipsum non pertinere, vel quod humana lex iusta causa non possit prohibere quarundam rerum acquisitionem, vtrumque sane falsum est, & ipsi naturali rationi contrarium. Quod de lege pœnalis dicitur, eam quidem in animæ iudicio seruandam non esse, ita, in fallo recipiendum est vt pœnalis lex, quæ in pœnam criminis saxe priuationem domini quarandam rerum, postquam illæ res iam acquisitæ priuatis fuerint, & in eorum dominium transierint, minimè in animæ iudicio recipienda sit in hunc sensum, vt delinquens teneatur bona illa dimittere, & sisco reddere, propter rationes, quas alibi huic sententiæ aptauimus, donec per iudicem eadè bona, vt per legis executores auferantur. ea vero lex, quæ vel in pœnam, vel ob aliam causam, impedit alicuius rei priuam acquisitionem, eiuſdemque dominij translationem in eum, qui antea nullum ius priuatum ad ea habuit, profecto in conscientie iudicio seruanda est, nec hac lege constituta poterit priuatus eandem rem retinere, quippe qui nulli dominium, nec ius in ea habeat lege impediende eius acquisitionem, quæ quidem lex etsi pœnalis sit, nullam requirit hominis executionem, quo ad pœnam istam, cum lege ipsa fiat plena & integra executio. Huc pertinet, quod Caiet. scribit. 2. 2. q. 62. artic. 3. existimans, pœnas censuræ & irregularitatis, hisque similes, quibus negatiuè in pœnam quis efficitur inelignus ipso iure, aut incapax alicuius rei, in foro animæ vim & effectum habere, quæ nullum requirunt positiuam actionem iudicis, ad earum executionem. Huius ego sententiæ mentionem feci in Epitome ad quartum librum Decret. part. 2. c. 6. §. 8. num. 16. & c. 8. §. 5. num. 8. Quo in loco respondi, filium spurium, qui à lege humana eademque iustissima incapax ipso iure constituitur paternæ hereditatis: non posse parentis bona, etiam ex eius consensu post ipsius obitum obtinere in animæ iudicio. Non alia profecto ratione, quam quod lex humana constituens, & efficiens ali-**



judicis sententia, quæ videtur in hac nostra specie requiri ad rescissionem collationis. Ergo, si vera est sancti Thomæ ratio, arbitrator etiam iure humano hanc simoniacam collationem factam alicui simoniæ vitium ignoranti ab initio, nullam fuisse, & ideo per iudicem exteriorem cogendum eum fore beneficium dimittere cum fructibus à die scientiæ & malæ fidei perceptis, & percipiendis, & qui eo tempore nondum fuerant consumpti, atque item ab eo die statim teneri ad dimittendum beneficium sibi collatum, secundum omnes. Quod minimè procederet, saltem quoad fructus perceptos, si titulus ab initio iure humano foret validus, cum fructus nequaquam debeantur apud iudicem exteriorem ante sententiam, vel saltem ante malam fidem, ubi quis per sententiam priuandus est, non priuatus ipso iure, secundum varias opiniones, quas hac de re tradidimus in epitome in 4. decret. 2. par. c. 6. §. 8. num. 7. vnde fructus percepti ante scientiam criminis, licet nondum consumpti, profectò si titulus ab initio validus foret, minimè essent restituendi, cum fuerint percepti eo tempore, quo quis titulum ipso iure validum, & bonam fidem habuit. Igitur Pontificiæ decisiones, quæ hanc simoniacam collationem rescindendam per sententiam fore statuerunt, referendæ sunt ad reuocationem facti, quæ potius declaratio quædam est, quam reuocatio iuris, vt tandem iudex pronunciet eam collationem, quatenus ita facta est, reuocandam esse, & reuocari, ac declarat ab initio nullam fuisse. Sæpius enim etenim hæc declarationes apud iura Pontificia, nouæ quædam reuocationes appellantur. Hinc sanè deducitur, titulum hunc simoniacum nullum ipso iure fuisse, & ea ex causa per iudicem reuocari, non in pœnam criminis.

Quod si contendat quis, titulum hunc ab initio ipso iure validum fuisse, sed tamen in pœnâ delicti reuocari debere per iudicis sententiam, tunc sane ipse possessor beneficii nullum crimen commisit, nec culpam aliqua contraxit, donec scientiam habuit simoniæ, etenim tenebatur statim id dimittere, ideoque non dimittere beneficium ita acquisitum, ratum habere videtur simoniæ crimen, eaque ratione ad fructus tenebitur, ab eo die perceptos, iuxta eam opinionem, quæ probat, delinquentem priuandum per sententiam aliqua re, teneri ad fructus perceptos à die commissi criminis, atque ad eorum restitutionem posse per iudicem condemnari. Et tamen diuus Thomas pronunciauit, etiam in iudicio animæ hunc teneri ad fructus perceptos ante scientiam criminis, modo hi consumpti nõ sint bona fide, vnde vel hæc sententia diui Thomæ falsa est, vel certè minimè conuenit opinioni, quam modò tractamus, & quæ dicitur, in pœnam criminis hunc possessorem beneficii eo priuandum per sententiam iudicis fore. Mihi profectò verior videtur Thomæ opinio, propter ipsius rei naturam, & rationes ab eo adductas. Et fortassis iura humana hunc habere poterunt sensum, vt collatio beneficii facta per simoniæ ignorantem, sit ex propria vi, & natura nulla, quamuis statim huic ignoranti per iura humana noua fiat, & à labe simoniæ immunis collatio, ad tempus vsque scientiæ, & malæ fidei, atque ad effectum, vt percipere valeat eiusdem beneficii fructus, eosque absque fraude consumere.

Et eadem diui Thomæ ratione probatur, habentem beneficium per simoniæ cū ipso Romano Pontifice conuentam, vel commissam ipso sciente, nullum ius in eo habere, nec acquirere, cū ex natura rei, lege naturali & diuina, quibus Papa derogare non potest, ipsa acquisitio impedita sit, absque diuino consensu, nec Romanus Pontifex simoniæ labem permittere valet, nec vitium, & culpam simoniæ remittere, imò & ipse simoniacus est, si simoniæ commiserit, nempe si spiritualia, quæ iure naturali & diuino vendi non possunt, veniderit, quod notant. *De. in c. 1. de simoniac. Thomas in 4. dist. 25. questionib. 3. artic. 3. Syluest. in verb. simonia. §. 4. Cardin. à Turre Crem. in cap. latorem. 1. q. 1. ad ter. sim. & est omnium communis sententia.* Etenim Papa non potest id permittere, quod iure diuino & naturali illicitum & prohibitum extat. quemadmodum satis manifestum est, & vbiq; à Theologis & Canonistis frequentissime receptum.

Et licet quibusdam visum fuerit, Romanum Pontificem simoniæ non committere per pactiones istas super beneficiis factas, nam ita hoc indistinctè probat gl. & Doct. in c. ex parte, in primo de offic. delegat. Anton. Cardin. & Doct. in cap. 1. de simon. Dec. in consil. 141. & latissime Iacobati in tract. de Concilio, l. 4. ar.

tit. 5. quorum opinionem veram esse in beneficiis simplicibus, non in curatis, cum in his simonia vetita sit iure diuino, existimant Pan. in cap. extirpanda. §. quia vero. col. pen. de preb. & in d. e. q. ex parte. & in d. cap. 1. Ioan. Maior. in 4. sent. dist. 25. q. 3. 93. lib. 7. tamen verior est ea sententia, qua definitum est, simoniam non tantum in ordinibus, sed in beneficiis etiam simplicibus iure diuino & naturali vetitam esse, siquidem simonia iure diuino prohibita est non tantum in spiritualibus, sed & in his, quæ spiritualibus annexa sunt. Thom. 2. 2. q. 100. art. 4. atque ita in specie late probat Caiet. in opusculo de vniuers. prohibentis simoniam auctoritas ad omnia ecclesiastica traditur ad idem text. in cap. ex dil. genti. de simonia. sic summus Pontifex etiam in simplicibus beneficiis simoniæ punnit, n. d. extr. auag. 2. de simon. præmittens, eam iure diuino damnatam esse. Eandem opinionem probat Dominicus Soranus. 9. de iust. & iur. q. 7. art. 1.

Non me lateat frequentiori Doctorum sententia exceptum esse, quòd collatio beneficii simoniace facta, non est natura ipsa conuentionis, sed in pœnam criminis nulla sit, quasi voluntas accesserit conferentis, qui beneficium ecclesiasticum dare potuit, tamen si hæc datio admittit habere iniquitatem ob præsentiam æstimationem spiritualis ad temporale. vnde secundum Doct. iure, diuino pœna æternæ damnationis infligitur simoniæ, licet valeat eo iure collatio beneficii facta ratione simoniæ. Quod maxime restatatur verbis S. Thomæ, quæ & à Card. sancti Sixti referuntur, in c. statuerunt. 1. q. 1. col. 1. & 3. in 2.

Hinc etiã expendi poterit, quòd à plerisque in cõtrouersiã adducitur, an Papa scienter conferens alicui beneficium ob aliquod temporale, videatur cū eo dispensare circa pœnas iuris humani, & Pontificiæ? & nisi expressim dispensauerit Romanus Pontifex, non censeri tacite ex hoc eadem pœnas remittere, tenent Pan. in c. 1. de simonia. Hadrian. quæst. 9. art. 1. v. l. vers. ad 4. Ioan. Maior. in dist. 25. q. 3. col. penultim. quam in partem, dubius tamen, inclinat Caietan. 2. 2. q. 100. art. 1. idem colligitur ex 10. Andra. eg. cui licet. de reg. iur. in c. ex contrario remissas esse à summo Pontifice pœnas iuris canonici, si ex vera scientia beneficium alicui simoniace contulerit, tenent Syluest. in verb. simonia. §. 4. & 19. Palud. in 4. dist. 25. quæst. 4. Felin. in d. c. 1. de simonia. & in cap. de cetero col. 1. de re iud. c. 2. & Cardin. à Turre Crem. in c. latorem. 1. q. 1. num. 4. Dominicus. Soto de iust. & iur. lib. 9. quæst. 5. art. 2. ad fin. & quæst. 8. art. 1. quorum opinio probatur ex eo, quòd, Princeps sciens aliquem iure humano impediri dignitatem habere, eam illi nihilominus conferens, videatur tacite & implicite eum capacem efficere, & cum eo dispensare, sicuti notant Barr. in l. Barbarus. n. 12. ff. de offic. pras. Alex. in l. quidam consulebant. per text. ibi. ff. de re iud. text. & ibi gloss. in l. 2. c. de crimin. sacroleg. Roman. consil. 327. Panormitan. in cap. cum in curia. §. inferius. 3. col. & in cap. innotuit. col. 4. de elect. & idem in cap. 2. col. 2. de sch. sim. Felin. cap. preterea. numer. 9. de test. bus conged. Ioan. Stephan. de literis gratiæ. & iust. fol. 83. cui sententiæ & ipse potius accedam sequutus euidentem coniecturam voluntatis ipsius Principis, quo fit, vt si teneamus, collationem simoniacam beneficiorum in pœnam criminis nullam esse ipso iure, dicendum sit in hac specie, pœnam istam simul, & alias iuris positui remissas esse à Romano Pontifice. At si sequemur opinionem diui Thomæ, oportet præsumere, tacta Principis voluntate, denuo iterum collationem factam esse huius sacerdotij, & eam quidem immunem, ac liberam à simoniæ vitio.

Hæc tandem eo tendunt, vt certissimum sit, legem humanam siue in pœnam, siue ob aliam causam impedirent primam alicuius rei acquisitionem, in animæ iudicio locum habere, ac seruandam fore, nec posse eandem rem alique obligatione restitutionis iure obtineri, quod satis hæcenus ostensum est, poteratque latius idem probari. Igitur partitarum lex, quæ de venatione tractat, aliam interpretationem patitur. Nam etsi ea constitutio statuerit, ferus captus in fundo alieno à venatore, qui per dominum ingredi prohibitus fuerit, ad fundi dominum pertinere, non ex hoc impedit primam illarum ferarum acquisitionem, sed tantum sanxit, eas feras domino fundi restituendas in pœnam vetiti ingressus, vnde donec iudex secundum eandem legem per sententiam condemnauerit venatorem ad restitutionem, legemque ipsam exequatur, minimè in con-

in conscientia foro, venator tenebitur ad ferarum restitu-

tionem. Quinto ab eadem conclusione, quam de venatione con-

firmamus, inferitur, venatores, & capientes feras, aliaque a-

grum enutritas, & pecunia vendere. Hanc opinionem idē

agrum enutritas, & pecunia vendere. Hanc opinionem idē

sumus loca in ipso maris littore, in quibus capiuntur thyn-

ni. Sed & hęc loca ita quidem parata & instructa, vt thynn-

licet in his speciebus quis contra prohibitionē venetur, aut

Verum quoad Principis privilegium idem adnotavit post

Septimo, hinc probatur, venatione prohibita in locis ad-

Illud profectō prætermittendum non est, quod prohibē-

Præterea licet secundū quorundā opinionē, quam modo

Sed proxime dictis obstat fortissime Iurisconsulti respō-

sum in l. quem admodū. §. plane ff. ad leg. Aquil. Planē, inquit Vlpia-



nus, si culpa naturarum id factum sit, lege Aquilia agendum. Sed ubi damni iniuria agitur ob retia, non piscium, qui a deo capri non sunt, fieri estimationem, cum incertum fuerit, an caperentur. Idemque & in venatoribus & aucupibus probandum. Haecenus ipse Iuriscultus, a quo non posse incertum piscium, aut ferarum in venationibus & piscationibus estimari, quia plura contingere possent, ob quae nec ferae, nec pisces caperentur, adnotavit Paulus de Castro in Leon vtrique §. vlt. ff. de eo quod certo loco Romanus in singulari 681. Praeposit. in cap. iuuenis de sponsalibus. 3. colum. Boerius in additione b. ad Dynum, in rubr. de regulis iur. 2. colum. & Scholiales quidam Panormitanus in cap. commissum. de deci. litera. E. asseuerantes; minime deberi estimationem, nec interesse piscationis, aut venationis ab eo, qui alterum iniuria, & iniuriam piscari, aut venari impeditur, eiusve retia ruperit. Idem & in eo, qui piscatorem, aut venatorem, qui victum inde quarebat, percussit, vel occiderit: nam licet alioqui operae percussit, aut occisi praesentes & futurae soleant estimari, l. ex hac. ff. si quadrup. p. cap. fecit. d. ca. piscatoris tamen aut venatoris percussit operae minime estimabitur, vt omnino incerte. facit ad hoc textus in §. illud quaesitum. Instituit. de rerum diuisio. Sed Iuriscultus locus in d. §. plane. ita accipiendus est, vt obrineat in littoribus, & fluminibus, vbi piscatio certa non est, sed admodum rara, & incerta. quod plerumque contingere solet, siquidem piscatores hac ratione saepius eluduntur, quam capiunt. At vbi piscatio aut venatio vberissima & optima est, ac certissima, quae fallere non solet, profecto tunc amissio captus piscium, propinquum est interesse, & probabile, vnde estimari debet. l. ex lex. in fine. ff. ad legem Aquiliae. cum l. sequent. sicut eleganter explicat Carolus Molinæus in Lyrica. C. de sententia, quae pro eo, quod interest. num. 84. quo fit, vt impeditus piscari aut venari ab eo, qui iure impedire non potuit, agere valeat non tantum ad retia rupta, eorumque estimationem, sed & ad estimationem piscaturae, quae iuxta tempus & locum certa imminet.

Quin & praeter hanc estimationem potest & altera in his piscationibus & venationibus constitui estimatio, si piscator, aut venator certum quotidie lucrum habeat ex pacto, quod cum altero pepigerit, vt ei det centum pro cuiuslibet diei piscatura. Etenim ex hac pactione piscator habere debet pro cuiuslibet diei piscatura centum, & ea certissima, siue piscatio vberissima sit, siue sterilis. textus singularis in l. si in iu retis. ff. de act. empr. quo in loco Iuriscultus illum approbat contractum, quo iactus retis emitur, quicunque is futurus sit. Idcirco mihi est etiam responsum, quod si piscator praemissa conuentione inita nolit remittere, emptor poterit aduersus eum agere ad estimationem, atque estimabitur incertum illius iactus, id est, alicuius illa, quae in venditionem deducta fuit, quod & Bartolus tradit in l. cotem. §. qui maximos. c. colum. ff. de public. facit textus in l. nec emptio. ff. de contrahend. empr. Nec ex Iuriscultus intelligas, incertam esse huius rei estimationem, sed esse estimandam alicuius illam, & iactum retis, qui ob varium successum & dubium, incertum quid dicitur a Iuriscultus. Hinc & illud constat in praedicta legis exemplo, emptorem posse agere contra venditorem ad iactum retis, vel ad eius estimationem, vt modo diximus, etiam si maior sit estimatio, quam pretium conuentum, nam id plerumque euenire poterit, atque eadem ratione deducitur, posse venditorem impeditum iactum retis mittere, agere aduersus impeditentem, non tantum ad pretium conuentum, sed etiam ad illam estimationem iactus retis, quem emptori solvere coactus venditor fuerit. Commemoratur ad haec Plutarchus in Solonis vita, Milesios hospites iactum retis a Cois piscatoribus emisse, eoque tractum fuisse aureum illum, ac celebratissimum Tripodem, de quo maxima fuit inter piscatores & hospites controuersia Cui similis inter adolefcentes vrbanos, & Hostienses piscatores traditur a Suet. Traquillo, in lib. de claris rhetoribus, qui iactum retis Bolium appellat. qua in significatione dictio eadem extat Latine apud Plautum in Rudente, & Graece apud Plurarchum, & Aristotelem, atque Herodotum lib. 1. vbi meminit oraculi cuiusdam Amphilyti Acarnanis, quo in loco foede labitur interpres Vala. Ex quibus tandem apparet, defendi posse opinionem Ioannis a Medina; cuius paulo ante mentionem fecimus. Inde etiam probatur, piscatoris & venatoris percussit aut occisi operas estimandas fore, & posse iustissime estimari, quidquid praegrati Docto. voluerint. Sic etiam patet error illius, qui Panormitano scholia adiecit, in d. cap. commissum. dum scripsit,

impedientem alicum piscari, vel retia piscatoris rumpentem, non teneri ad estimationem eius, quod Ecclesiae est piscatura decimae ratione poterat competere. Etenim falsum est haec opinio, quia & ipsi piscatori aut venatori restituta pars decima Ecclesiae debetur, vbi ex piscationibus & venationibus decima soluitur.

Postremo est in hac re animaduertendum ad textum in d. illud quaesitum. Inst. de rer. diuis. quo responsum est, feram ad quo vulneratam, etiam lethali, secundum Theophilum, vulnerare, non aliter effici vulnerantis, quam si ab eo capta fuerit, & ideo si ea vulnerata fugiens per alium capta sit, ipsi capientis fieri probatur hoc & in l. naturalem. §. illud. ff. de acquir. rer. domin. notat Bart. in l. quo minus. q. 5. ff. de fluminibus. & idem etiam in fera per retia & instrumenta venatoris illaqueata: nam si per alium, quam apponentem retia, fuerit capta ex ipsi laqueis, eius efficitur, non illius, qui rete posuit. Regia l. ca. tit. 28. part. 3. quae quidem constitutio addit in aliquo humani regni locis contrarium seruari, vt sit ipsius feram percipientis, aut illaqueantis venationis instrumento. quod foris lex expressim aperit & refert l. 3. tit. 4. l. 17. hanc item opinionem, vt fera sit percipientis, seruari consuetudine, testatur glossa in d. l. naturalem. §. illud. Qua in re oportet expendere Proculi Iuriscultus responsum, in l. in laqueum. ff. de acquir. rer. dom. Nam cum in hac specie minime tractetur de perna constituenda, etiam in foro conscientiae, & animae iudicio erit seruandum id, quod per leges humanas, vel consuetudines legitime praescriptas fuerit statutum.

Secunda proponitur in hoc venationis tractatu coelitus Venatio & piscatio ferarum & piscium, qui priuatim alicuius proprii sit, adeo natura rei prohibentur, vt non secus ad restitutionem venatores piscatoresque teneantur, quae si domesticum & mite alicuius animal capiant. Probatur haec conclusio ratione iustitiae commutativae, a qua deducitur obligatio restituendi ex causa acceptationis iniuriae, quae proccedit in damnum & iniuriam proximi, cuius propria res capitur, & auferitur. Vnde in hoc casu potest dominus aduersus venatorem agere actione furti. §. gallinarum. Instit. de verborum diuis. l. Pomponius scribit. §. idem Pomponius. ff. famul. etiam d. l. usufructuarium. ff. de usufruct. quae quidem Iuriscultus relatio hanc conclusionem & illationem praemittunt. Sed & ipse aliquot ex hac assertione deducam, quo facilius percipiat eius intellectus.

Primum hinc inferitur, venatorem teneri ad restitutionem animalium, quae quis priuatim inclusa viuariis, leporariis, piscinis, aut stagnis habeat, etiam si ab his locis animalia haec exire soleant, modo habeant consuetudinem eundi, & rediendi, cum isthaec animalia non habeant libertatem omnino eundi, loca septa, saltem possit dominus exitu impedire facillime oclus viuariis. Idem erit in apibus priuato alicui inclusis, & de certis priuatae syluae muro circundatae. Constatque hoc corollarium in l. 3. §. item ferarum. ff. de acquir. poss. l. in d. §. ferarum. cum sequent. Et in l. 2. tit. 28. part. 3. Proccedit tamen, quando haec viuaria, leporaria, piscine, & stagna facta fuerint priuata hominum opera: quod si ab ipsis animalibus naturaliter facta fuerint, absque industria priuatorum, secus erit, ex §. apium. Instit. de rer. diuis.

Secundo hinc colligitur, horum animalium restitutionem faciendam esse eorum priuato domino, etiam si capti fuerint extra locum illum, quo includuntur, modo non auferantur eundi & redeundi consuetudinem. Adhuc enim propria sunt illius, qui ea incluserit, quod expressim in conscientiae iudicio adnotauit Ioan. a Medina d. quaest. 12. & probatur in locis modo citatis, quamuis venator nulla arte nec industria vsus fuerit ad deducenda illa animalia extra septa & loca, quibus includuntur, in locum sane publicum. At in casu prima conclusionis, venator etiam arte & industria educens feras & animalia extra locum prohibuit, non tenetur ad restitutionem animalium, licet possit quandoquod dici, eum obligari ad damni ex hac venatione illati compensationem, iuxta ea, quae tradidimus septimo prioris conclusionis corollarium. Ad nihilum autem teneretur venator, qui feras & animalia extra locum vetitum absque vlla eius fraude digressa caperet, & occideret, quod superius satis probatum est.

Tertio, ex hoc manifesti iuris est, quod si quis arte, & fraude columbas deducat ab alterius columbario, adque proprium attrahat, tenebitur is ad columbarum restitutionem,

etiam in anime iudicio. Eritque in foro iudiciali puniendus, secundum ea, que hac de re notavit Cepola de feris. in ff. pr. ad. de columbario. & c. de venatione.

Quarto plane constat ex secunda conclusionem ratio, quare prohibentur venatores, & alii quicunque balistis, similibusve instrumentis uti ad occidendas columbas, quae in libulve instrumentis nutriuntur. quod Capola tradit in d. c. priuatis columbarijs nutritur. quod Capola tradit in d. c. de columbarijs. Guido Papae. q. 218. Regia lex 22. facit ad idem titulum. de columbarijs. 3. permissum tamen est quibuscumque, ut certo quodam spacio loci à columbarijs remoti columbas occidere possint, idque spaciū iuxta decretum supremi senatus vnius leuice limitibus definitum est.

His vero, quae diximus, partim refragatur textus singularis in l. 3. item feris. ff. de acquirenda possess. quo in loco Iuriconsulti res pōdit, animalia inclusa viuariis, & columbarijs priuatis, pisces in piscinā congregatos à domino fundi possideri, non sic pisces inclusos in stagnis, nec feras in saltibus circūseptis degentes, & euagantes, nam haec à domino fundi minime possidentur. Ecce igitur qualiter nō omnino par ius sit in saltibus circūseptis, & stagnis, quod in viuariis, piscinis, & columbarijs; atque ideo cum inter hęc ratio differētię, à Iuriconsulto constituitur, patet in his non esse hanc secundam conclusionem omninō constituendam. Huic autem objectioni primum respondetur, quoad dominium non esse discrimen vllum inter stagna, & saltus, piscinas, & viuaria: modo saltus & stagna vicunque logissimi spaciū sint, manu hominum, & priuata industria fuerint circumseptā, & fabricata. hancque sententiam olim Salmantice publice veram esse probare conatus fui, tametsi quo ad possessionem piscium, & ferarum in particulari, distinctio Iuriconsulti mihi maxime placeat. hancque arbitror esse illius responsi veram interpretationem, quam deduxi ab Accursio ibi, quem sequuntur Angel. Imol. Alex. & Docto. Accursio ibi, & prę ceteris Vincent. Herculi in §. Nerva filius. nu. communit. 7. & prę ceteris Vincent. Herculi in §. Nerva filius. nu. 2. an ff. l. 3. sed licet quo ad possessionem manifesta sit, ac certissima Iuriconsulti, & interpretum differentia, eaque ex litera illius responsi expressim constet, tamen adhuc, & quo ad dominium eandem esse differentiam admittendam à priori discedens sententia nunc opinor, propter rationem, qua Iuriconsultus, eiusque interpretes vtuntur. ea enim, quod pisces stagnorum, & feræ in saltibus circumseptis enutritæ, libertati naturali relictae sint, quae quidē ratio probat hos pisces, occupat. feras non dū in vllius dominiū trāsisse, donec per occupationē capiuntur. oportet tamen cū discrimen cōstitutum sit à Iuriconsulto inter viuaria, & saltus, etiam circumseptos, piscinā & stagna, diligenter perspicere harum dictionū proprietatē, secundum quā Iuriconsulti responsū accipiendū est. Viuaria quidē dicuntur loci, quib. vel aues vel pisces, vel feræ continentur ad victū humanū, hominū quidem industria animalibus in ea loca immittis, vt nutriantur, aliaque progredient adimentarum delicias, ex l. usufructarius venari. §. viuaris. ff. de usufructu. Plin. lib. 9. cap. 54. & lib. 8. cap. 52. dicuntur etiam viuaria apud Columellam lib. 8. cap. 1. loci, vbi memoribus clausis pecudes syluestres custodiuntur. Stagna dicuntur, quod temporale continent aquam inibi stagnantem, quae plerumque hyme coegetur, nec fluit, nec refluit. l. 1. ff. vt in sum. public. nau. g. lic. Piscina vero est, in qua pisces humana industria mittuntur, vt ibidem nutriantur. Igitur quo ad dominium, & possessionem pisces piscinarum, & fere viuariorum pertinent ad dominium fundi, cui piscina, & viuarium accedunt, at pisces stagnorū, & ferę in memoribus circumseptis euagantes non sunt ipsius domini, nec quo ad possessionem, nec quo ad dominium, quoties saltus, vel stagna natura loci, arborū densitate, aut rupibus circumseptā sunt. Quod si fuerint circumseptā memora ipsa, & stagna, opera & industria hominum, tunc idē erit ac si pisces & feræ nihilominus relictae sint in naturali libertate. Sed si hominum opera ita sint animalia circūseptā, vt naturalis libertas earū ex hoc impedita sit, profecto non video qua ratione hęc ad agri dominium non pertineant. Nisi velis ad literā obseruare Iuriconsulti responsū in d. §. item feras. cuius hęc sunt pulchra verba: Item feras bestias, quae viuaris includerimus, & pisces, quos in piscinam coniecerimus, a nobis possideri. Sed eos pisces, qui in stagno sunt, aut feras, quae in syluestre circumseptis euagantur, a nobis non possideri, quoniam relictae in libertate naturali, alioqui etiam si quis syluam emerit, videri cum omnes feras possidere, quod falsum est. Hęc Iuriconsultus. Qui coniectionem piscium in piscinam, & conclusionem ferarum

in viuaria hominum industria, & opera facta, ne ferę vagari possint, exigit, vt earum possessio fundi domino competat, & acquiritā sit.

§. NONVS.

De potestate temporali & spiritali.

SUMMARI.

- 1 Princeps superiorem minime recognoscens ius habet indicendi bellum.
- 2 Iustum bellum non tantum dicitur ex auctoritate indicentis sed & causa.
- 3 Iustum bellum est, quod sit ad defensionem, vel vindictam, vel punitionem.
- 4 Rebello est iusta causa gerendi belli, & inibi traduntur alia iusta belli causa. & ibid. de repr. saluti.
- 5 Imperator, an sit totius mundi dominus, etiam quo ad protectionem? item an bellum & quibus indicere possit? & inibi quaedam de ecclesiastica Hierarchia, quo in loco quæstiones latissime disputantur. & nu. 6.
- 6 Potestas spiritalis, in quo à temporali differat? & idē de primatu Romano.
- 7 Summus pontifex an habeat temporalem iurisdictionem, in actu vel in habitu.
- 8 Intellectus. Bartolin l. 8. per hanc. ff. de rei vend. & dominiorum distinctio.
- 9 Reges Hispaniarum immunes, & liberi à Caesarum imperio.

Decimoquinto potissimū à principali regula procedit disputatio de restitutione rerum, quę à militibus bello capiuntur, quę necessario illam præmittit, quod sit bellum iustum, & quę ad belli iustitiam requirantur. Nec tamen hic de bello ita longe tractabimus vt videamur ex professo rem istam tractandam, & examinandā assumpsisse: sed obiter quę ad iustitiā belli attinent compendio quodā expediemus. Igitur præcipue ad belli iustitiam primo necessaria est auctoritas principis, qui bellū indicere possit. Priuatus etenim, qui superiorem habet, apud quem possit iniuriarū agere, relque proprias ab alio captas exigere, bellum gerere nequit, præsertim quod principi, cuius imperio subditus est, iniuriam facit si eo inuito, vel abique eius auctoritate bellum alteri indixerit. Habet autem ius indicendi bellum princeps, qui superiorem neminem habet in eius principatu, secundum Augustinum lib. 22. contra Faustum. c. 74. c. quid culpatur. 34. quæst. 1. Lidorus lib. 18. Etymologiarum. & c. 1. 23. q. 2. l. hostes. ff. de capti. & postlimin. reuers. l. hostes. ff. de verborum significat. idem adnotant diuus Thomas & Caietanus 2. 2. quæst. 40. art. 1. Innocentius in c. olim. in primo, de restitutione spoliato. idem & post alios Panormitanus in c. sicut. de iureiur. nu. 7. gloss. & ibi Doct. in summa 23. quæst. 2. Bart. in d. l. hostes. nu. 14. ff. de capt. & est communis opinio apud eos, qui hanc materiam tractauerunt ac deducitur ex traditis per Hadrian. in 4. sentent. tract. de restitut. c. aggredior casus speciales. & Flor. 3. part. tit. 4. c. 1. §. 9. Syluest. in verb. bellum. 1. q. 1. Caietan. in 2. Tomo opuscul. quæst. vii. Maior. in quarta sentent. distincti. 15. q. 20. Alfonso à Castro lib. 2. de iust. a heret. puni. cap. 14. Card. à Turre cremata. in d. c. quid culpatur. Ioan. Andr. & Dd. in cap. 1. de homicid. lib. 6. Ioan. Lignianus in tract. de bello. c. 13. gl. Bart. 2. col. & post eum Iuniores in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iure. Oldrad. cons. 70. Ioan. Eckius Homilia vii. Dominice terciae post Epiphaniam. ex quibus frequentiorum eorum sententia ad iustitiam belli non tantum est necessaria auctoritas eius, qui potest bellum indicere, sed & iusta indicendi belli causa, & præterea recta bellantium, & indicentium bellum intentio, vt sanè fiat, & bellū geratur animo propulsandi iniuriam à Republica, eidemque irrogatā vindicandi. Sed quia hæc vltima causa nō pertinet ad restitutionē captorum in bello, cum, & si desit recta bellantiū intentio, nihilominus capta in bello alioqui iusto, & indicito ab eo, qui indicere potuit, non ex hoc sunt restituenda. quod in specie notant Hadrian. in d. c. aggredior. Caietan. d. q. 14. art. 1. ad fin. Maior. in d. q. 20. vers. istis notatis, Syluest. in verb. bellū. q. 1. & Ioan. Eckius in d. homilia. vlt. col. 3. siquidem restitutionis obligatio nunquā oritur à praua capientis intentione, auctore Thom. 2. 2. q. 66. arg. 8. versic. ad primum. alias iustas belli causas persequemur, præter eam quæ semper ad iustitiam belli publici necessaria est, auctoritas scilicet principis.

Inter alias belli causas, quę iustissime cenferi solent, illa est omnium probatissima, & ad quam fere omnes, quę tradi consueuere referri possunt, quod bellum fiat ad defensionē reipublicę, ne ea à tyranno per vim opprimatur, itē ad defensionem proprii imperij, & prouinciarū ad id pertinentiū, quasi fiat ad defensionem personarum, & rerum d. c. olim. in primo de restitut. spoliat. l. vt vim ff. de iustitia & iure. c. 2. de homicid. l. furem. ff. ad leg. Corn. de sicar. l. itaque. ff. ad legem Aquil. l. 3. tit. 8. parte. 7. atque hanc esse iustam belli causam fatentur